Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

domino meo regi. Omnia propter que
misisti ad me servum tuum initio fa
ciam; hanc autem rem facere non possum.
Reversique nuntii retulerunt ei omnia.
Qui remisit et ait. Hec mihi faciant
dii et hec addant: si suffecerit pulvis
samarie pugillis omnis populi qui
sequitur me. Et respondens rex israel
ait. Dicite ei: ne glorietur accinctus
eque ut discinctus. Factum est autem
cum audisset benadab verbum istud:
bibebat ipse et reges in umbraculis;
et ait servis suis. Circumdate civita
tem. Et circumdederunt eam. Et ecce
propheta unus accedens ad achab regem
israel ait illi. Hec dicit dominus deus.
Certe vidisti omnem multitudinem
hanc nimiam. ecce ego tradam eam in
manu tua hodie: ut scias quia ego
sum dominus. Et ait achab. Per
quem? Dixitque ei. Hec dicit dominus.
Per pedisequos principum provinciarum.
Et ait. Quis incipiet preliari? Et
ille dixit ei. Tu. Recensuit ergo pueros
principum provinciarum; et repperit nu
merum. cc.torum xxx. duorum. Et post
eos recensuit populum. omnes filios
israel. vii. milia; et egressi sunt meridie.
Benadab autem bibebat temulentus
in umbraculo suo; et reges xxx. duo
cum eo qui ad auxilium eius vene
rant. Egressi sunt autem pueri principum provinciarum
in prima fronte. Misit itaque benadab;
et nuntiaverunt ei dicentes. Viri egressi
sunt de samaria. At ille. Sive ait
pro pace veniunt: apprehendite eos vi
vos. sive ut prelientur: vivos eos ca
pite. Egressi sunt ergo pueri principum provinciarum;
ac reliquus exercitus sequebatur. et per
cussit unusquisque virum qui contra se
venerat. Fugeruntque syri; et persecutus
est eos israel. Fugit quoque benadab rex sy
rie in equo cum equitibus. Nec non
egressus rex israel. percussit equos et currus;
et percussit syriam plaga magna
nimis. Accedens autem propheta ad

regem dixit ei. Vade et conforta
re. et scito et vide quid facias. Sequen
ti enim anno rex syrie ascendet contra
te. Servi vero regis syrie dixerunt ei. Dii
montium sunt dii eorum; ideo supera
verunt nos. Sed melius est ut pugnemus
contra eos in campestribus; et obtinebi
mus eos. Tu ergo verbum hoc fac. Amo
ve reges singulos ab exercitu tuo et
pone principes pro eis; et instaura nu
merum militum. qui ceciderunt de
tuis. et equos secundum equos pristinos. et
currus secundum currus quos ante habuisti;
et pugnabimus contra eos in cam
pestribus; et videbis quomodo obtinebimus
eos. Credidit consilio eorum; et fecit ita.
Igitur postquam annus transierat. recen
suit benadab syros; et ascendit in
afech ut pugnaret contra israhel.
Porro filii israel recensiti sunt. et ac
ceptis cibariis profecti sunt ex adver
so; castraque metati sunt contra eos.
quasi duo parvi greges caprarum. Syri autem
repleverunt terram. Et accedens unus
vir dei dixit ad regem israel. Hec dicit
dominus deus. Quia dixerunt syri.
deus montium est dominus. et non est
deus vallium: dabo omnem multitu
dinem hanc grandem in manu tua;
et scietis quia ego sum dominus. Diri
gebantque. vii. diebus ex adverso hii
atque illi acies. Septima autem die
commissum est bellum. percusseruntque filii
israel de syris. c. milia peditum in die
una. Fugerunt autem qui remanserant
in affech civitatem. Et cecidit murus
super. xx. vii. milia hominum. qui rema
serant. Porro benadab fugiens in
gressus est civitatem. in cubiculum quod
erat intra cubiculum. Dixeruntque
ei servi sui. Ecce audivimus quod reges
domus israel clementes sint. Ponamus
itaque saccos in lumbis nostris. et fu
niculos in capitibus nostris; et egredia
mur ad regem israel. forsitan salva
bit animas nostras. Accinxerunt